CAESARIS SANCTI
ROMANI PHYSIOLOGICI, ET MEDICI CLARISSIMI, NECNON VICARII MAGNI COLLEGII PII VNIVERSITATIS MEDICORVM ALMAE VRBIS OPVSCVLVM DE MAGNORVM LVMINARIVM

Coniunctionibus, Oppoſitionibus, & Quadraturis
authoritate medicorum principum
Hyppocrati, Galeni, & Auicennæ.

LVNARIVM MEDICVM DICTVM PRO CVRANDIS
morbis, ac ſanitate tuenda, tam Medicis quàm ſcholaſticis
omnibus, Theoricam, & Empyricam facultatem ſimul
addiſcentibus perutiliſsimum, in quo apertè
demonſtratur optimum Medicum verè
Aſtronomum, & Geometram eſſe,
nuper in lucem editum ſub
Meridiano Almæ Vrbis
Romæ ſupputatum.
Ab Anno 1571.
Duraturum per quinquennium.

Candido lectori.
Hoc ita non magno præcepta uolumine diſces,
Quæ Pater Hyppocrates, quæque Galenus habet.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMAE Apud hæredes Antonij Bladii
Impreſſores Camerales.



Amici diſticon.
Floruit Hyppocrates ſed nunc magis optime Cæſar
Namque patet meritis omnibus ille tuis.

ILLVSTRISSIMO D. DOMINO PHILIPPO MENESIO ARMORVM DVCI POTENTISSIMI, et inuictiſsimi Regis Portugalliæ Patrono ſuo perpetuo felicitatem.

CAESAR SANCTVS ROMANVS VTRIVSQVE MEDICINAE DOCTOR, NECNON VICARIVS EXCELLENTISSIMI Gubernatoris Magni Collegij Pij Vniuerſitatis Medicorum almæ Vrbis.

EXiſtimo eam eſſe Philoſophiæ quoque partem, Illuſtriſsime Philippe, quæ ualetudinis tuendæ præcepta tradit, ut per epiſtolam Diochs conſcriptam ad magnum Regem Antigonũ clare eſt uidere, haud alienam a nobilibus ſcientijs medicinã eſſe, cũ multas ſcientias amplectatur. Ideo ſemper mihi ipſi perſuaſi cũ naturalibus ſcientijs, tum præcipue Phyloſophia, Aſtronomia, & Geometria, optimũ medicũ inſtructũ eſſe debere, quod doctrinæ Galeni maxime conſentaneũ eſt. Verum optime integreq; eam medicã doctrinã aſſequi, ſi quis concupiuerit, anni conſtitutionẽ primo, ac ſtatum, & Aſtrorum ortus obſeruare, & occaſus cognoſcere oportet. Quemadmodum maximus Princeps medicorum Cous Hippocrates in libro primo de dieta dixit. Sed & Aſtrorum, ortus & occaſus cognoſcere oportet, quo mutationes, & exceſſus ciborum ac potuum, & uentorum, & totius mũdi, ex quibus ſane morbi hominibus oriuntur, obſeruare ſciat. Equidem dicendũ eſt artium dignitatem nõ ex quadam utilitate propria ut populares, & uulgares homines aiũt, ſed ex ſubiecto, & rerum in quibus uerſatur præſtantia ſpectandam eſſe. Aſſirmant omnes Philoſophi, ut magnus ille Ariſtoteles primo metheororũ, omnia corpora quæ ſub globo lunari ſunt a ſuperioribus gubernari, ortum interitumq; rerum a ſuperiorum lumine, motuq; pendere, ſumma dei omnipotentis prouidentia tenemus. Si enim animo perpendamus quãtum medico perito luminarium magnorum radiationes, uidelicet Solis, Lunæq; aſpectus Coniunctiones, Oppoſitiones, et Quadraturas, uniuscuiuſq; eorum uere cognitas ab optimis, & peritiſſimis medicis obſeruatæ, & ſemper præcognitæ utilitatis mortalibus afferant, ex Galeno medicorum fulgentiſſimo ſidere quam facile percipitur. Qui in tertio de diebus decretorijs ſcriptum reliquit ad hunc modum, Omnium certe ſuperiorum, aſtrorum potẽtia fruimur, uerum Sol maxime hunc orbem exornat et concinne diſponit quippe Veris, Aeſtatis Autumni, & Hyemis auctor alius nemo extat, ſed ueluti rex quiſpiam maximus eſt. Et paulo inferius ſubdit. Luna uero ut Princeps non mediocris inter illum & nos medius conſtitutus terreſtrem regionem merito gubernat, non potentia cæteros planetas ſed uicinitate exuperans. Et paulo inferius ſubdit, Luna

uerò particulares cuiuſq; menſis dies diſponit paruæ mutationis facultatem habens camque non ſimpliciter ex ſe uerum ex ſolis aſpectu conſequitur uehementiores itaque mutationes eueniunt ubi ipſa cum ſole coit, & multa alia quæ breuitatis cauſa prætermittenda exiſtimaui. Verum quid rationis nauigandi commodi & utilitatis hæc tanta cognitio habet? cum nec munus humanæ ſocietatis ac comercij uinculum illa tueri ſuum ſine harũ rerum cœleſtium notitia poteſt? Quid alijs artibus & agriculturæ dilectiſſimæ humani generis altricis utilitatis exhibet? Sane ſapiẽtiſſimus ille Poeta primo georgicorũ apertiſſime docuit aſtronomiã agricolis, et nautis diligentiſſime eſſe obſeruandã his carminibus.

Præterea tam ſunt arcturi ſidera nobis
Hædorumq; dies ſeruandi, & lucidus anguis
Quam quibus in patriam uentoſa per æquora uectis
Pontus & hoſtriferi fauces tentantur abydi

Sed non eſt conſilium in hac parte diutius immorari quin multa de eius laudibus, utilitate, & nobilitate omitto, quæ de hac ſcientia nobili; uberius, & concinnius ut dici poſſent. Redeo uero unde mea fluxit oratio. Rationem ſane omniũ quatuor temporum ortus, & occaſus prænoſcere optimus medicus debet quæ non niſi ſecundum rationem aſtronomicam uere comprehendũtur ut ſapientiſſimus ille medicorum princeps ſectione tertia de dieta teſtatur his uerbis Annum quidem in quatuor partes diuidunt quas plerique omnes nouerunt, Hyemem, Ver, Aeſtatem, Autumnum. Et Hyemem quidem a Pleiadum occaſu uſque ad æquinoctium Vernum. Ver autem ab æquinoctio uſque ad pleiadum exortum, Aeſtatem uero a pleiadum ortu uſque ad arcturi exortum. Autumnũ ab arcturi ortu, uſque ad pleiadum occaſum. Quãtum potentia cuiuslibet eorum ualeat ob differentes contrarias qualitates huic infimæ terræ ob uarias eorum mutationes in dies ſemper inferentes, mortalium corpora alterantes, affligentes, complexiones uero reſoluẽtes, & mutantes naturam, cum certe quidem temporum uarietates ob occaſionem actiuarum, & paſſiuarum qualitatum mixtionem, & refractionem potiſſime ſunt, quæ naturam ipſam mortaliũ permutant, euertunt, & hoc, non niſi Solis, & Lunæ motibus fieri, & humanis corporibus euenire cõſpicimuis, hoc idẽ Hyppocrates in libro tertio Aphoriſmorũ, Aphoriſmo primo docet, & in libro de aere aquis, & locis confirmat, ad hunc modum. Quum enim temporũ mutationes, & aſtrorum ortus, & occaſus obſeruauerit, quẽadmodum ſingula horum eueniant prænoſcet utique, & de anno qualis hic ſit futurus, hocnamq; modo, ſiquis rimatus fuerit, ac præcognouerit temporum occaſiones, maxime de ſingulis ſciet, ut plurimumq; ſanitatem aſſequetur, & recta uia procedet, non minima artis ſuæ gloria Quod ſicui hæc ſublimiora uidẽtur, is ſi ab hac ſentẽtia diſcedat, diſcet ſane non minimam partem conferre, ad rem medicem ipſam aſtronom iam. ſed omnino plurimam.

plurimam. Quum una cum temporibus, & uetriculi in hominibus mutentur. In libello uero, quem de eſſe ægrorum, ſecundum Lunæ exiſtentiam, ac diſpoſitionem in ſignis zodiaci, maximus Cous Hyppocrates quid indicauerit, uideant, et perlegāt, nam breuitatis cauſa loca prætereo, quem ignari aſtronomicæ ſcientiæ medici, tantum laborem nō aſcribunt Hyppocrati. Tales plane Minerua nunq̄, ſuo lactauerat ſinu. Verū medici omnes neoterici aſtronomiæ perſe ̄am illam, & ueram cognitionem minime aſſequi poſſunt, ſ & ſi in ipſa multum inſudauerint propterea quod ſcientia illa tam uariis, & inter ſe diu ſidentibus ſcriptorum opinionibus obſcurata eſt, & penitus abolita eſſe cenſeatur. Pauci pauci namq; ſunt, hac noſtra tempeſtate tam bene eruditi, & ſi ſenes medici litteris, q; diu exercitati ſint, qui ſic optimi medici dici poſſunt. Cum optimus medicus, ut inquit Galenus in libello, cuius titulus eſt, Optimus medicus, ſit aſtronomus, & geometra, & qui ſobrietatis amator eſt, nec minus ueritatis amans, ut uerbis eius utar, hic uerus medicus cō peritur, & in ſexto methodi medendi dicit, Qui ſcit de nondum tractatis tractare, & tractata operatus ſecundum rationem fuerit his uere medicus eſt, & Hyppocrates quid in libro de decenti ornatu, de medico quid dixerit perlegant attente, & uideant, addit et ipſe Galenus quod ſi ueri immitatores ſummi Hyppocratis eſſe uolucrimus, nihil uetat quo minus euadamus, non dicam illis ſimiles ſed ſuperiores, etiam perdiſcentes quidē quæ recte ab illo ſcripta ſunt, quæ uero reſtāt noſtra ipſorum induſtria inuenientes. Subdit in libro de aere aquis, & locis Hyppocrates. Periculoſiſſima ſunt etiam ambo ſolſtitia maxime uero æſtiuum, periculoſum etiam æquinoctium utrunq;, magis uero autumnale, oportet autē, & aſtrorū exortus conſiderare præcipue Canis deinde Arcturi, & Pleiadum occaſum, Morbi enim in iis maxime diebus iudicantur, aliquando perimunt, alii uero deſinunt aut in aliam ſpeciem, aliumq; ſtatum tranſmutantur, & circa hæc quidem ſicut dixi, ſe habent. Verum difficile eſt nunc temporis omnes ortus, et occaſus aſtrorum ut ſuperius diximus propter ſcientiam tam uariis aſtronomorum opinionibus obrutam et quaſi abolitam, multis libris, maximis laboribus, & longiſſimo temporis ſpatio aſſequi, et comparari. Quandoquidem omnes primos motus primas cauſas inuenire rerum cœleſtiū perdifficile eſt, ut ex Galeni uerbis percipitur Philippe Illuſtriſſime. Ex quo difficiliſmum eſſe iudico aliquid mathematices in lucem edere cum ſæpe ſæpius ſcriptores frequenter errent, & male audiant cum nemo ſit qui non audeat aliena reprehendere, & abſentium opera carpere, mordere, & lancinare, qui facile ſe tueri poſſent, ſi tunc adeſſent, & ſua ſcripta quoq; rationibus defendere, atque perfacile eſt quemuis reum facere & erroris eum accuſare qui ſe a calumniātibus tueri non ualet. Quapropter ſapientiſſimi ſcriptores excogitarunt ſuas uigilias, & labores clariſſimis principibus dicare ut eorū numine, & auctoritate uitiligatorum maledicentiam refrænent ꝙ feciſſe permulti clariſſimi

riſſimi

riſſimi uiri inueniuntur, inter quos, tum Græci, tum Latini celebrantur, qui ſua ſtudia, et litterarum labores præſtantiſſimis principibus dicarũt, quos omnes uelle oratione proſequi eſſet nimis longum. Quapropter liber ille qui in lucem emittitur abſque Principis alicuius nomine, quo ſe tamq; clypeo fortiſſimo ab inuidis, & detractatoribus defendat, omnium detractioni, & roncis exponitur. Verum enimuero ut infortunium tale effugere ualeant meæ ſupputationes lunares menſium præſentis anni M. D. LXXI. cum feruide a nonnullis ingenioſis medicis ſatis ſuperq; ſatis efflagitarentur ut toti reipublicæ medicæ adiumento eſſent pro infirmis curandis, & ſanitate tuenda: e quibus unus excellentiſſimus, & elegantiſſimus doctor Iacobus Rodoricus Falconius me cum ſumma familiaritate coniunctiſſimus ſæpiſſime me hortatus fuit, ut eas calcographis imprimendas darem, quibus omnibus reluctari nefas eſſe ducebam, præſertim cum idem uelle, & idẽ nolle, ut Cicero ait, ſumma amicitia ſit, quæ poſtq; a me ſummo labore confectæ fuerunt, ut periculum omne inuidentium hominum effugerent, Dux, & auctor mihi optandus fuit, qui maleuolorum linguas compeſceret, qui tanq; Optimus Patronus me in ſuam clientelam reciperet. Sed cum multi mihi ſeſe obycerent, tu ille Philippe potiſſimum occurriſti, cui quem poſſem conferre neminem inueniebam. Siquidem tu inter armorũ Duces ſtrenuos ſplendores: unde non immerito ab illo inuictiſſimo, et potentiſſimo Rege Portugalliæ diligeris, & mirabiliter amaris. Quis Menſiæ domus te ſtudioſior fuit? & ad bene gerendas res militares aptior, ac felicior? quis deniq; prudentior? ſubtiliorq;? Hinc factum eſt, ut tui apud potẽtiſſimũ Regem æterna ſit memoria. Omnes equidem litterarias uirtutes (citra adulationẽ ſit dictum) te callere potiſſimum cernimus. nonne uidi hiſce oculis inter cæteras artes liberales, quarum omnium cognitione niteſcis, huic etiam Aſtronomiæ ſemper admodum te innixum fuiſſe? Nõne Euclidem illum geometram te corrigere, atq; in patriam linguam uertere accepimus? fateatur igitur hæc noſtra hominum ætas, ſe neminem poſſidere, quem tecum in mathematicis poſſit comparare. Neque uero animum tuum litteris tantum excoluiſti, ſed fortitudine etiam admirabili, ita te exercuiſti, ut non immerito optimus Philoſophus, optimus armorum Dux, uno omnium conſenſu prædiceris. Quis enim poſſet uerbis explicare quãtum gloriæ tibi comparaueris? cum in Perſarum infeſtiſſimas, & bellicoſiſſimas gentes bellum geſſiſti? Quando collatis ſignis in eorum campis, innumerabiles ac prope infinitas illorum copias, parua manu fudiſti? Vnde factum eſt ob tuarum uirtutum fortitudinem, & ſplendorem, Regiſq; ſereniſſimi liberalitatem, ut Ormuſi regni ampliſſimi propugnaculum magni ſane momenti ſeruare, & cuſtodire merueris? Hinc apud omnes Principes & Reges admirabilis exiſtis. Quis ergo tot tantaſq; annni tui uirtutes non admiretur? non prædicet? nõ ſummo amore proſequatur totã illuſtriſſimã tuã Menſiã domũ? Sed hæc hactenus, En et

ego

Ego medicus Philoſophus Romanus patrocinio tantopere oblector, ut meum hoc opuſculum, in quo aſtronomiam, medicinæ perinde ac ſororem ſorori uinculo quodam neceſſitatis, coniunctas eſſe demonſtraui, qua tibi poſſum ueneratione dedicandum putarim. Accipe ergo benigna frõte hilariq; uultu (ut tui moris eſt) has paucas ingenioli mei lucubrationes, nã ſi id (ut ſpero) feceris, me ĩ dies ſub Illuſtriſsimo nomine tuo ad maiora alacrius accingi facile conſpicies, interea me tuo fauore complectere, & inter tuos familiares annumerari permitte. Vale litteratorum Mæcenas, et hoc qualecunque munuſculũ ſingularis meæ in te beneuolentiæ pignus, & ſummæ obſeruantiæ monumentum habeto,

HISCE CIVITATIBVS MINVANTVR Horæ & Minuta infraſcripta, iuxta ſeriem ordinis.

Luſitania vulgo Portugallia.	H.2.M.51	Mantua.	H.1.M. 7
Liſbona Regalis ciuitas.	H.2.M.51	Neapolis.	H.0.M.37
Ancona.	H.0.M.52	Pariſium.	H.1.M.43
Brixia.	H.1.M.14	Parma	H.1.M.24
Barium.	H.0.M.28	Patauium.	H.1.M. 3
Barolum uulgo Barletta.	H.0.M.28	Placentia.	H.1.M. 5
Bononia.	H.1.M. 4	Peruſia.	H.0.M.54
Capua.	H.1.M. 6	Piſæ.	H.1.M.14
Cremona.	H.1M.10	Panormus, vulgo Palermo	H.1.M. 0
Cõpoſtellũ vulgo S.Iacobi.	H.2.M.45	Raguſium.	H.0.M.30
Ferraria	H.1.M.14	Sauona.	H.0.M.57
Florentia.	H.1.M. 3	Senæ.	H.1.M.32
Forum Liuii, vulgo Forli.	H.1.M.13	Salamanca.	H.2.M.40
Forũ Flãinii, vulgo Foligno.	H.1.M. 8	Tridentum.	H.1.M. 8
Forũ Cornelii vulgo Imola.	H.1.M.14	Toletum.	H.2.M.36
Forũ ſẽpro. vulgo Foſsãbrũo	H.1.M.20	Venetiæ.	H.1.M.16
Genua.	H.1.M.18	Valentia.	H.2.M.19
Luca.	H.1.M.10.	Vicentiã.	H.1.M. 4
Mutina vulgo Modena.	H.1.M.23	Verona.	H.1.M.22
Mediolanum.	H.1.M.14.		

CAESARIS SANCTI ROMANI
VTRIVSQVE MEDICINAE DOCTORIS, ET VICARII MAGNI COLLEGII PII VNIVERSITATIS Medicorum Almæ Vrbis Romæ medicum Lunarium feliciter incipit.

QVICVNQVE artem medicam integre aſſequi uelit, primum quidem temporum anni rationem habere debet, quantum potentia quodlibet eorum va'eat: non enim ſimile quicquam in illis exiſtit, verum differunt inuicem propter varias quæ in eis fiunt mutationes Deinde uentorum calidorumq́; & frigidorũ, maxime qui ex his omnibus hominibus ſunt communes, & mox qui in vnaquaq; regione ſunt indigenę & proprij. Hæc Hyppocrates in libro de aere, aquis, & locis, & idẽ Hyppocrates in libro primo de morbis ſic dicit Differt enim Ann⁹ ab Anno, & tempus a tempore, & in libro de Dieta ſectione tertia Annum ita diuiſit dicens Annum quidem in quattuor partes diuidũt quas pleriq; omnes nouerunt. Hyemem, Ver, Aeſtatem, Autumnum, & Hyemem quidem a pleiadũ occaſu uſq; ad æquinoctium vernum. Ver autẽ ab æquinoctio vſq; ad pleiadum exortum. Aeſtatem vero a pleiadum ortu vſq; ad arcturi exortum. Autumnum ab arcturi ortu uſque ad pleiadum occaſum. Galenus Medicorum lucerna Magiſter noſter in tertio de diebus decretorijs dicit Omnium certe ſuperiorum aſtrorum potentia fruimur. Verum Sol maxime hunc orbem exornat, & concinne diſponit. Quippe Veris, Aeſtatis, Autumni, & Hyemis auctor alius nemo extat. Sed veluti rex quiſpiam eſt. Luna vero vt Princeps non mediocris inter illum, & nos medius conſtitutus terreſtrem regionem merito gubernat, non potentia cæteros planetas ſed uicinitate exuperans. Luna vero particulares cuiuſq; menſis dies diſponit, paruę mutationis facultatem habens eamq; non ſimpliciter ex ſe verum ex ſolis aſpectu conſequitur, vehementiores itaque mutationes eueniunt ubi ipſa cum ſole coit. Quapropter iuxta meridianum almæ vrbis Romæ ſupputauimus præſentis anni M. D. LXXI. Has tabulas lunares per quinquẽnium duraturas, omnes Coniũctiones Quadraturas Oppoſitiones uẽturas demonſtrantes Solis, & Lunæ, & in quibus ſignis circuli ſigniferi fiant ordinem fidi magiſtri mei Hyppocratis, & Galeni ſequendo qualitates certe eorum ſignorum Zodiaci indicarent, necnon quibus humoribus, & partibus humani corporis dominentur iuxta Ptholomæi Alexandrini ſententiam, quamobrem ſic a die ſecunda menſis Ianuarij incepi ordine vt infra.

Supputationes Lunæ. Menſis Ianuarij M. D. LXXI.

Die 2 Erit Quadratura Lunæ. Die Martis Noctis ſequẽtis Hora 14. Mi 28
In Ariete calido, & ſicco colerico dominatur capiti orientali plagæ.
So' in Aquario. Die 10 Sol ingreditur 1. Aquarii gradũ Die mercuri Hora 13. M. 30. N S.
Die 11 Erit Oppoſitio Lunæ. Die Iouis eiuſdem diei Hora 18. Minuta 15.
In Leone calido, & ſicco colerico dominatᷣ dorſo lateribus orientali plagæ.

Die 18

Die 18 Erit Quadratura Lunæ Die Iouis Noctis ſeq. Hora 10 Minuta 53
In Scorpione frigido & humi. phlegma dn̄at puden. ſeptētrionali plagæ.
Die 25 Erit Coniunctio Lunæ Die Iouis Noctis ſeq. Hora 1 Minuta 28
In Aquario calido & humi. ſanguineo dn̄atur cruribus occidentali plagæ.

Supputationes Lunæ Menſis Februarij M. D. LXXI

Die 1 Erit Quadratura Lunæ Die Iouis Noctis ſeq. Hora 8 Minuta 21
In Tauro frigido & ſicco melācholico dominat̄ collo meridionali plagæ.
Die 9 Sol ingreditur 1 Piſciū gradū Die Veneris Hora 2 M. 30 N. S. Sol in Piſcibus.
Die 9 Erit Oppoſitio Lunæ Die Veneris Noctis ſeq. Hora 7 Minuta 17
In Virgine fri. & ſic. melancho. dn̄at ventri viſceribus meridionali plagæ.
Die 17 Erit Quadratura Lunæ die Sabbati eiuſdē Diei Hora 19 M. 9
In Sagittario calido & ſicco colerico, dominatur coxis, & orientali plagæ.
Die 23 Erit Cōiūctio Lunę Die Veneris Noctis ſeq. Hora 12 Minuta 9
In Piſcibus frigidis & humidis phleg. dn̄ant̄ pedibus ſeptētrionali plagæ.

Veris tempus, ſecundum intentionē Aſtronomorum incipit a principio Arietis, & durat vſque in finem Geminorum, & continet tria ſigna, & tres Menſes ſicut eſt Aries, Taurus, Gemini, & incipit in die vndecima Martij die Dominico Hora quinta Minuta 0 Noctis ſequentis, quia Sol ingreditur primum gradum Arietis & durat vſque ad diem Mercurij 13 Iunij Horam 16 Minuta 30 eiuſdem diei. Secundum tamen principem medicorum Hippocratem, vt in Tertio de Dięta dicit. Ver autem ab Aequinoctio vſque ad Pleyadum exhortum, Secūdum autem intentionem medicorum neotericorum illud totum tempus eſt veris, in quo arbores incipiunt pullulare, & florere, & terra germinare, quia ſunt artifices ſenſitiui, Verum Auicenna in Libro primo Fen 2. doct. 2. ſum. 1. cap. 3. dicit. Debes autem ſcire, quod tempora iſta ſecundum medicos, alia ſunt ab eis, quæ ſunt ſecundum Aſtronomos. Quatuor namque tempora ſecundum Aſtronomicos, ſunt mutationes Solis in vnaquaque quadra circuli ſigniferi, a puncto incipientes vernali. Secundum medicos vero, Ver in terris temperatis eſt tempus, in quo non tantum ſunt neceſſarie res calefacientes propter frigus, vt inde ſit multum curandum, neque euentatio propter calorem, & in ipſo quidem eſt principium frondendi arbores, & eius tempus eſt tempus exiſtens inter æqualitatem vernalem aut ante ipſam parum donec Sol ſit in medio Tauri, & ita habet ſtricturam & latitudinem ſuam ſecundum diuerſitatem climatum. Hoc autem totum tempus temperatum eſt. Quia Sole aſcendente æqualis eſt aſpectus, iuxta diem, & noctem: vnde in Aeſtate eſt calor nimis propter directum aſpectum & approximationem Solis ad nos, in hyeme eſt tempus frigidum propter elongationem Solis a nobis. In Vere autem aſpectus eſt mediocris, & ideo non eſt in vere tantus calor ſicut in Aeſtate nec tanta humiditas ſicut in Hyeme, & ideo tempus vernale temperatum eſt in ſe & temperatum per comparationem ad tempora extrema & per comparationem ad effectum eorum, quæ introducit in corpore humano quoniam ſi ipſum temperatū inuenerit conſeruabit illud ſin diſtemperatum diuerſas cauſabit ægritudines

Tempus veris ſecundum Aſtronomos.

Secundum Hippocratem.

Secūdū neothericos medicos.

Secundum Auicennam.

nes ſecundum diuerſitates diſtemperantiarum. Hoc tamen non eſt ex ſui malitia, ſed eſt ex fortitudine virtutis corpus mundificantis ſecundum tamen temperamentum latitudinē habet quia iu principio aſsimilaē, Hyemi, & in fine Aeſtati, in medio autem eſt maius temperatum, ſi autem Ver ſuam naturam non ſeruauerit diuerſas ægritudines cauſabit ſecundum ꝙ diſtemperantia eſt diuerſa nunc autem ſua diſtemperantia, aut eſt in qualitatibus, aut in ſubſtantia ſi in qualitatibus, aut in actiuis, aut in paſsiuis, aut in utriſq;, aut in ſimplicibus, aut in cōpoſitis hæc ſecundum ægritudines generabuntur, quæ complexioni eleuatæ aſsimilantur, aut eſt alteratio facta in ſubſtantia, non ꝙ aeris ſubſtantia, cum ſit ſimplex corrumpatur, ſed propter vapores admixtos, qui effectiue ex ſuperioribus procedunt, materialiter ex inferioribus, in aere cauſatur epidimia. Corpora tamen ex hoc non lęduntur niſi fuerint apta. propterea aliæ, & aliæ ægritudines generantur ſecundum ꝙ eſt complexio temporum præcedentium vnius vel plurium, quæ præceſsit eadem, aut diuerſa in quorum cognitione ſola ſufficit medici exercitatio, cum morbi in omnibus temporibus fiunt vt

Hippocrat. Apho. Hippocrates in ſec. 3. Aphoriſmorum, aphor. 19. ſic eſt dicens. Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam vero magis in quibuſdam ipſorum, & fiunt, & excitantur & Aphoriſ. 20. eiuſdem ſectionis enarrat multas ægtitudines ſic dicēs. Vere etenim furores, & atrebiles, & morbi comitiales, & profluuia ſanguinis & angine, & grauedines, & raucedines, & lepre, & tuſſes, & impetigines, & vitelligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores, His autem omnibus bene cognitis & in ſe conſideratis pronoſticatio medica erit talis.

Prognoſticatio medica. Cum videbit medicus ſolers Ver temperatum, & tempora pręterita fuerint temperata, ægritudines huius temporis erunt breues, & bonæ terminationis, & ſanguineæ ſalubres, quantum eſt ex proprietate temporis, de ęgritudinibus autem generatis per attributionem, quæ eſt ex materia in hyeme aggregata generabuntur apoſtemata, epilepſya, & ſimiles morbi febres, & huiuſmodi, quantum autem eſt de materia aggregata in Autumno, generabuntur lepra, & melancholiæ infectiones & ſimilia generata de materia melancholica, quantum eſt autem de materia generata in Aeſtate generabuntur mania, tertianæ, cauſon, & ægritudines, quæ generantur ex colera aduſta, De ægritudinibus autem, quæ generantur in vere diſtemperato, dico ꝙ ſunt aliæ, & aliæ, ſecundum diſtemperantias, & corruptiones diuerſas, ꝙ eſſet longum enarrare, ſed iudica ſecundum ꝙ erunt ſimiles diſcraſiæ, quia omne agens ſimilem affectum inducit in paſſo.

Cura medicinalis. Medicatio igitur erit talis, in principio veris medicatur corpus & purgatur cum temperatis, & leuibus, in fine fiat phlobothomia, & balnea, & fricationes, & exercitia temperata.

Hippocrat. Dieta. Dięta ſit mediocris per totum, & ita nihil nociuum poterit præualere, ſubdit Hippocrates in libro 3. de Dięta, In ſingulis autem temporibus ſingulas diætas paulatim trāſmutare & tēpus in ſex partes diuidere, per octo dies in prima itaque parte, & labores detrahere oportet, & olera cocta exhibere, & obſonia cocta aſſatis adequare, cibis autem mollioribus, & potibus

tibus aquoſioribus, ac albioribus, & luɑa cum oleo in ſole vtendum eſt, & balneis & paruni prandere, & re venerea pauca vti, & vomitibus primū quidem quarto quoque die deinde per longius tempus, quo & corpus pura carne incarnatum conſtituas, & diætam in hoc tempore mollem vſque ad Pleyadum exhortum, & in hoc iam æſtas adeſt, Hippocrates vero in libro Aphoriſmorum, ſect. 3. aphor. 1. dicit de temporum magnorum mutationibus ſic. Mutationes temporum maxime pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes frigoris, aut caloris, & reliqua iuxta ratione hoc modo. & in 3. Aphor. eiuſdem ſect. 3. dicit. Morborum alij ad alia tēpora, bene aut male ſe habent, & ætates quædam ad tempora, & regiones, & victus. Et in 4. Aphor. eiuſdem ſectionis tertiæ dicit. In temporibus quando eadem die, modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Galenus enim in commento eum exponens nullam cauſam aſsignat iſtius tantæ mutationis & conuariationis & mobilitatis temporum cum habeant eorum cauſam propriam. nec eiuſdem diei mutationem tā celerem, & inconſtantem caliditatis ſui, cum Hippocrates dicat, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, &c. Galenus vero dicit, cum ratione fit hoc neque appellationes temporum cauſæ morborum ſunt, ſed temperaturæ, cum igitur ipſæ conuariant neceſſe eſt, & morbos conuariari cum magis aſsignare deberet meo iudicio, & declarare hic cauſam verę cōuariationis (vt verbo eius vtar) temporum, & ipſius diei immediatam cauſam tātæ celeritatis & mutationis eiuſdē diei, cū eadem dies modo calida, modo frigida fieri ſingulariter dicat, hoc nō niſi ob ventorū immediatam cauſam nos tenemus, cum adeo celeres mobiles, & inconſtantes ſint, quòd nulla res mobilior, & celerior, & inconſtantior eis, cum ſpiritus, fluctus, & vnda aeris ſint, vt Hippocrates in libro de Flatibus dicit. Ventus enim ipſius aeris fluctus, & vnda exiſtit, quando igitur multus aer fortes fluctus facit, tum & arbores euellunt, & mare vndis exeſtuat, ſpiritum potentia ita cogente, & naues onerarias etiam & in gentes in altum deſitiente. talem itaque vim in iſta exercet, etiam ſi oculis minime ſit conſpicuus, & tantum conſideratione cognoſcatur, & effectu ſuo fiat manifeſtus, quid autem ſine hoc fit tandem, aut cui rei non adeſt omne enim ꝙ inter cælum, & terra eſt ſpiritu repletum eſt hic & hyemis, & æſtatis cauſa eſt, in hyeme quidem frigidus, & condenſatus, in æſtate autem mitis, & tranquillus. Verum poſſunt hi flatus venti dicti effectum caliditatis, & frigiditatis, magna celeritate in vna & eadem die introducere, & tranquillitatem quoque temporū magnorū naturalem & aeris clementiā quanto magis ſingularis diei qualitatē perturbare impetuoſe inſunt cōtrariū celeriter, vt in dies cernimus. Quapropter immediate Hippocrates ſubdit Aphoriſmum enarrantem effectum ventorum auſtralium nocentium & hebetantium auditum cum dicat, Hippocrates ſect. 3. aphor. 5. Auſtrini auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes, &c. ac ſi diceret auſtrini flatus, auditū ledentes, &c. hæc pauca dicere volui quando a quodā eleganti viro negatū fuerat vētos non cauſam eſſe mutationis qualitatis diei modo in calorem modo in frigiditatem. Verum Aphoriſmus iſte extractus eſt a libro de

Hippocratis Apho.

Galenus.

Galeni opinio.

Opinio auctoris ventorum.

Venti definitio ſecundum Hipp.

Hippocrat. Apho.

 Humoribus

Hippocrates declarat qualitates Ventorũ.

Humoribus. Et in Secundo libro de Diæta dicit.ipſe Hippoc.Naturam quidem igitur habent humectandi ac frigefaciendi omnes venti. Verum propter ſitum regionum, ac locorum per quæ venti ad ſingulas regiones accedunt, diuerſi inter ſe fiunt frigidiores,calidiores,humidiores,ſicciores, morboſiores,ſaluberiores,&c. & paulo inferius dicit. Quum autem non habent venti, vnde alimentum habent,a viuentibus humorem trahentes, & plantas,& animalia omnia ledunt,& quid in libro de Aere & Aquis dicat,videant alij,& in libro ſecundo de Diæta pernotēt,& in libro de Morbo ſacro obſeruent redeamus nunc ad inceptum opus noſtrum & dicamus qualiter tempora permutata & eorum naturæ, & temperamenta & dies ad horas,& ætates ad tempora,& loca ad alia & victus ratio ſimul concurrunt, in ægritudinibus cauſandis.

Auicennæ opinio.

Auicēna enim libro Primo Fen 2. doc.2. ſum.1.cap.2.dicit.Aeri propterea accidunt mutationes naturales, & mutationes curſum ægredientes naturalem ei contrariæ,Naturales vero mutationes,ſunt mutationes temporales,quoniam in vnoquoque tempore aer ad aliam conuertitur complexionem, hæc ipſe,Non naturales vero temporum eorũ quas diximus mutationes ſunt vēti calidi,& frigidi,boreas,& auſter perficientes,at Vere in eunte alius vomitu, alius per aluum euacuari debet, alius ſanguinis demiſsione prout cuiuſque conſuetudo, & voluntas fuerit.

Paul' Aegineta.

Hæc quoque Paulus Aegineta libro primo cap.53. verum in libro de Aere, Aquis,& locis Hippo.dicit. Cum enim temporum mutationes,& aſtrorum ortus, ac occaſus obſeruauerit, quemadmodum ſingulã horum eueniat prænoſcet, vtique & de anno qualis hic ſit futurus hoc namque modo ſiquis rimatus fuerit, ac præcognouerit temporum occaſiones maxime de ſingulis ſciet vt plurimumque ſanitatem aſſequetur,& recta via procedet non minima artis ſuæ gloria, Quod ſicui hæc ſublimiora videantur is ſi ab hac ſententia diſcedat diſcet ſanè non minimam partem conferre ad rem medicam ipſam aſtronomiã, ſed omnino plurimam cum vna cum temporibus,& ventriculi in hominibus nutentur.

Hippocrat. obſeruat tēpora.

Supputationes Lunæ menſis Martij. M. D. LXXI.

Die 3 Erit Quadratura Lunę,die ſabbati Noctis ſeq.Hora 2 Minuta 48 In Geminis calidi, & humi.ſang.dñat hume.brachi.mani. occidēt.plagæ.

Die 11 Erit Oppoſitio Lunæ, Die Dñico noctis ſeq.Hora 1 Minuta 9 In Virgine frigi.& ſicca,melan.dñat ventri viſceribus meridionali plagæ.

Sol i Ariete Hippocrat. Diæta in æquinoctio.

Die 11 Sol ingredit primũ Arietis gradũ Die dñico Hora 5 M.o. N.S. Hic dies dictus eſt Aequinoctiũ vernale Hippocrates enim libro tertio de Diæta dicit.Quum autem æquinoctium iam factum fuerit mollius, & dies longiores,ac noctes breuiores, & tempus calidum, ac ſiccum conſtiterit, etiam præſens victus probe nutriens ac meracus ſit. Quemadmodum igitur arbores rationem non habentis, hoc tempore præparant ſibi ad æſtatis commoditatem,tum incrementum,tum vmbrã.Sic oportet hominem, cum ſane mente ac ratione præditus ſit carnis incrementum ſalubre ſibi præparare.Oportet igitur,vt ne derepente diæta tranſmutetur. Tēpus in ſex partes diuidere, per octo dies,in prima itaq; parte & labores detrahere oportet, et reliquis quoque velocioribus vti, cibis autem mollioribus, & potibus

& potibus aquoſioribus, ac albioribus, & lucta cum oleo in Sole vtendum eſt. Hoc tempore pituita in hominibus creſcit & dulcis ſanies ſanguinis vſque ad vergiliarum ortum, eoque tunc maxime ſuccoſa acriaque aſſumi debenr, corpus exerceri, venus tutiſsima eſt, Sunt autem ad vſque vergiliarũ ortũ dies 6 & 40 hęc Diocles. Subdit Hippo. in lib. de Aere aquis & locis. Maxime autem obſeruare oportet magnas tempórum mutationes, vt neque medicinas in illis libentes exibeamus, neque vramus, quę circa ventrem neque ſecemus prius quam prætereant dies decem, aut plures & non pauciores periculoſiſsima ſunt etiam multo ſolſticia maxime vero æſtiuum periculoſum etiam æquinoctium vtrumque magis vero autumnale, oportet autem & aſtrorum exortus conſiderare præcipue canis dein de arcturi & pluyadum occaſum morbi enim his maxime diebus iudicantur aliquando perimunt alij vero definunt, aut in aliam ſpeciem. Aliumq; ſtatum tranſmutantur & circa hęc quidem ſicut dixi ſe habent. Dioclis m datum. Hippocra obſeruãti. Solſticia p riculoſa. Equinocti periculoſũ

Die 18 Erit Quadratura Lunæ die Dñico eiuſdẽ diei Hora 24 M. 39 In Capricorno fri. & ſicco melancholico dñaẽ genibus meridionali plagæ.
Die 25 Erit Coniunctio Lunæ die dñico eodem die Hora 23 Minuta 20 In Ariete calido, & ſicco, Colerico, dominatur capiti orientali plagæ.

Supputationes *Lunę* Menſis Aprilis. M. D. LXXI.

Die 2 Erit Quadratura Lunæ die lunæ eodem die Hora 20 Minuta 57 In Cancro frigido, & humido, phleg. dñaẽ pectori ſthom pul. ſeptẽ. plagæ.
Die 10 Erit Oppoſitio Lunæ die Martis eodem die Hora 11 Minuta 45 In Scorpione frig. & hum. phleg. dñaẽ pudentis, veſicæ ſeptẽtrionali plagæ.
Die 11 Sol ingrediẽ 1. Tauri gradũ die Mercurij H. 24 M. 0 eiuſdẽ diei Sol in Tauro.
Die 16 Erit Quadratura Lunæ die Lunæ Noctis ſeq. Hora 5 Minuta 2 In Capricorno frigido, & ſicco, melancholico dñaẽ genibus merid. plagæ.
Die 24 Erit Cõiũctio Lunæ die Martis eiuſdẽ diei Hora 11 Minuta 57 In Tauro frigido, & ſicco melancholico dñatur collo, meridionali plagæ.
Die 26 oriuntur Pleyades, a nõnullis Vergilię dictæ, Hiades & pluuiades, Hoc tempore bilis atra augetur amaraque ſanies, vſque ad æſtiuum Solſticium, dulcia tunc quæ aluum moueãt conueniunt, Venus inutilis eſt, Hinc ad Solſticium æſtiuum dies 5 et 40 exiſtunt, *Hæc* Diocles, Vergilias noſtri dixerũt (ut inquit Plinius) ꝙ poſt ver exoriuntur & hæ quidem ampliorem cęteris habent honorem ꝙ earum ſigno exoriente æſtas ſignificatur, occidente autem hyems oſtenditur ꝙ aliis non eſt traditum ſignis oriũtur in gradu 22 Minuta 22 Tauri qui eſt quarta dies Maij ſecundum non nullos, & eſt alia quidem opinio ꝙ oriantur in 12 gradu Tauri, & minuta 24 qui dies eſſet 23 Aprilis, argumentis ortum, & occaſum eorum verum quærere difficultas ob differentiam conuexitatis circuli cęli terrarumque globi eſt, vt idem ſidus, non iiſdem diebus, vbique uideaẽ addidere diffcultatem hanc barbari & auctores græci ob diuerſas in locis obſeruantias, vnde tres fuere ſectæ, vt Caius ille Plinius de Hiſtoria mundi libro 18 cap. 25 Hoc idem ſentit. Prima fuit Caldæa, Aegyptia ſecũda, Græca tertia, iis addidit apud nós Romanos quartam, Cęſar ille dictator perpetuus. Hippocrates in tertio de Diæta dicit, Quum itaque Pleyas exorta fuerit Ortus Pleyadum. Vergiliar Hyadum. Diocles. C. Plini de Hiſto naturali. Hippocr.

Dicta Hip- pocratis. fuerit cibis mollioribus,ac paucioribus vti oportet. Deinde a maza magis q̃ pane,atque ea prius ſubacta, & vino dulci non emollita. Potibus autem mollibus albis aquoſis, prandio modico, & ſomnis a prandio breuibus, & repletionibus ex cibis ac potibus q̃ minimis. Potu inter edendum vtendū eſt ſufficiente, per diem vero minime bibendum, niſi neceſſaria aliqua ſiccitate corpus vtatur, vtendum eſt & oleribus coctis, exceptis æſtuoſis, ac ſiccis. Vtendum etiam crudis, exceptis calfacientibus, ac ſiccis. Vomitibus niſi ſi qua repletio contingat vtendum non eſt. Re autem venerea minime. Balneis autē tepidis vti licet. At vero poma fortiora ſunt q̃ pro humana natura. Melius eſt igitur a pomis abſtinere. Si vero quis cum cibis vtatur minime deliquerit. Laboribus quoque ac curſibus circularibus exerceri oportet, & curſibus rectis reuertentibus modicis multo tempore, & deambulationibus in vmbra, lucta quoq̃ minime excaleſcat. a cæna deambulandum non eſt. Mane vero deambulationibus vtendum. Soles vitādi ſunt, itemq́; frigora, tum mane, tum veſpere, quæ flumina, aut ſtagna, aut niues exhalant. Hanc autē diætam tolerare oportet vſque ad Solſtitiū æſtiuum, quo in hoc tempore adimas omnia quæ ſicca ſunt, & calida, & nigra, ac meraca, itemque, panes, pręterq̃ ſi parum quid voluptatis gratia concedere velis. Sequenti vero tempore vtetur mollibus, & humidis, & perfrigerantibus, ac albis vſque ad Arcturi exortum, ac æquinoctium per dies 93

Galeni opi- nio. Galenus vero in commento primi textus primi libri de Morbis popularibus dicit. Iam ab ortu Vergiliarum augetur calidum & ſiccū vſque ad Canis ortum modice & pedetentim.

Supputationes Lunæ Menſis Maij. M. D. LXXI.

Die 2 Erit Quadratura Lunæ die Mercurij eiuſdē diei Hora 13 M. 20 In Leone calido & ſicco, colerico, dn̄atur dorſo lateribus orientali plagæ.

Die 9 Erit Oppoſitio Lunæ die Mercurij eiuſdē diei Horę 20 Minu. 19 In Scorpione frigi. & humido phleg. dn̄at pudendis veſicæ ſeptētr. plagæ.

Sol in Ge- minis. Die 12 Sol ingredit̄ 1. Geminorū gradu die ſabbati Hora 3 M 30 N. S.

Die 16 Erit Quadratura Lunæ die Mercurij eiuſdē diei Horæ 10 M. 1 In Piſcibus frig. & humi. phlegmaticis dn̄ant̄ pedibus ſeptētrionali plagæ.

Die 23 Erit Cōiūctio Lunæ die Mercurij Noctis ſeq. Hora 1 Minuta 8 In Geminis cali. & hum. ſang. dn̄ant̄ humeris brachiis manib. occid. plagę.

Die 31 Erit Quadratura Lunæ die Iouis Noctis ſeq. Horę 3 Minuta 49. In Virgine frig. & ſic. melancho. dn̄at̄ ventri viſceribus meridionali plagæ.

Aeſtas ſecū- dum Aſtro- nomos. Eſtas ſecundum Aſtronomos eſt totum illud tempus ꝙ eſt a principio Cancri vſque ad finem Virginis, & continet tria ſigna ſicut eſt Cācer, Leo, Virgo, & incipit in die Mercurij 13 Iunij, & terminatur in die Veneris 14 Septēbris. Verum æſtas ſecūdum Hippocratem in tertio de Diæta dicit ſic. Aeſtatem vero apleyadum ortu vſque ad arcturi exortum, ſecundum medicos neotericos eſt totum illud tempus in quo

Hippocratis deſcriptio. Aeſtas ſecū- dum neothe- ricos medi. grana venerunt ad perfectam maturitatē & hæc diuerſitas eſt magna valde ſecundum diuerſitatem climatum, æſtas eſt calidæ & ſiccæ complexionis in qua excedit caliditas magna valde propter approximationem Solis ad nos & propter aſpectum directum, & quia radius ferè eſt perpendicula

ris

ris,ideo magna & fortis reflexio,tum etiam propter conformitatem,tum etiam propter Caniculam,quæ eſt in ore Leonis,cuius ortus eſt in 15 die Iulij & in die 23 eiuſdem menſis Iulij oitur Canis maior,qui dicitur Sirius ardens & durant ferè quadraginta diebus habent enim fortiſsimam virtutem in mutando aerem, & ideo tranſmutatur corpus ad calidum, & ſiccum,hoc enim eſt eorum temperamentum aliquando enim fiunt aliquæ pluuiæ,& ventus Boreas in ea,& incipit flare in principio dierum Caniculariũ quare tunc aer ſanus & clemens apparet & homines viuunt ſani. Diſtemperatur autem aer in æſtate quadrupliciter,aut quia intenditur in eiſdem qualitatibus,vt quia nimis calida,& ſicca,& tunc cauſat minorem epidemiam iuxta Hippocratis ſentẽtiam, quia ſiccitates ſunt himbribus ſalubriores ſic in ſectione tertia Aphoriſmorum aphor.15.Hippocrates dicit.Ex anni autem conſtitutionibus, ꝙ in totum dixerim, ſiccitates himbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferæ,aut etiam tranſmutatur in oppoſitis qualitatibus, vt quia æſtas eſt frigida, & humida, tunc cauſat maiorem epidimiam,aut ipſa corrumpitur in ſe propter vapores reſolutos corruptos mixtos cùm aere, & tunc cauſat maximam epidemiam. Quarto modo alteratur natura æſtatis propter complexiones temporum præcedentes cum ſuam naturam non ſeruauerint, & tunc generantur ægritudines aliȩ, & aliæ ꝙ quodlibet tamen effectum conſimilem introducit Medicus autem cum iſta cognouerit prognoſticare incipiet per hunc modum,ſi Aeſtas ſuam naturam ſeruauerit ægritudines erunt bonæ, & bonæ determinationis, & ſalubres ſine pernecabilibus accidentibus, vnde ægritudines generatȩ per viam proprietatis erunt Tertiane, Cauſon, & Freneſis & conſimilia,iuxta Hippocratis ſentẽtiam 3.Aphoriſmorum apho.21. ſic dicentis Aeſtate vero & quidam ex his & febres continue, & ardentes, & tertianæ plurimæ,& quartanæ,& vomitus,& alui profluuia & lippitudines,& aurium dolores, & horis exulcerationes, & pudendorum putredines,& pabulæ ſudoroſæ ille autem quæ ſunt per attributionem ſunt quantum eſt de vere Sinocus,& ſimiles morbi de ſanguine, ſi ex hyeme apoplexia,artetica,& ſimilia,ſi ex autumno quartanæ, eraticæ,melancholiæ, & ſimilia ex malo regimine,omnes tamen morbi poſſunt generari,& quo ad fieri,& quoad factum eſſe cum morbi in omnibus temporibus fiunt, vt Hippocrates in ſectione 3 Aphoriſmorum apho.19.ſic dicit. Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam vero magis in quibuſdam ipſorum & fiunt & excitantur de ægritudinibus autem generatis in Aeſtate diſtemperata pronoſticabit perniciem,& malam terminationem & criſim ſuſpectam ſemper in naturam reſiduam. Hæc tamen erunt alia & alia ſecundum naturam diſcraſiarum, & naturam corporum ſuſcipientium. Medicatio erit talis habitatio ſit marmorea diſcooperta a parte flatus borealis & pauimentum ſit infrigidatum cum aqua roſata, & aceto albo, & ſandalis,& canfora,& multitudine nenufaris & ſimilibus, vtatur rob malorum granatorum,vtatur cibis facilis digeſtionis, & denique & dimittat coitum & exercitium & ſolicitudinem, & omnia quæ ſunt in exceſſu verſus caliditatem potiſsime & ſanabitur, ſi Deus voluerit. Confert etiam & in

Caniculȩ ortus.
Canis maioris ortus.
Sirius ard.
Hippocrat. Apho.
Prognoſticatio medica.
Hippocrat. Apho.
Hippocrat. Apho.
Cura medicinalis.

in æſtate vt in primo de Diæta dicit Hip. interdiu ſomno vti breui nõ multo, vt ne corpus ab anni tpe reſiccetur hæc Hipp. Cæterũ in Aeſtate vero a laboribus quieſcendũ ciboq; demendũ eſt qui recte frigidioris erit naturæ, potione largiore vtendum, ac omnia fieri debet, quæ ad refrigerationẽ humiditatemq; conferunt Hippocrates in tertio de Diæta dicit. Hanc autem diȩta tollerare oportet vſque ad ſolſticium æſtiuum quo in hoc tempore adimas omnia quæ ſicca ſunt & calida, et nigra, ac meraca. itemq; panes, præterquàm ſi parum quid voluptatis gratia concedere velis. Sequenti vero tempore vtetur mollibus & humidis & perfrigerantibus, ac albis vſque ad arcturi exortum, ac æquinoctium per dies nonaginta tres.

Hippocratis mandatũ de ſomno.

Supputationes Lunæ menſis Iunij. M. D. LXXI.

Die 7 Erit Oppoſitio Lunæ die Iouis Noctis ſequẽt. Hora 3 Minuta 11. In Sagittario calido & ſicco, colerico dominatur coxis, & orientali plagæ.

Die 13 Sol ingredit 1. Cãcri gradũ die Mercurij H. 16 M. 30 eiuſdẽ diei. Hic dies dicitur ſolſtitium æſtiuum.

Sol in Cancro.

Hoc anni tempus acidam bilem ad vſque æquinoctium autumnale promouet quapropter aqua frigida atq; odoratis omnibus vtendum eſt, venus pernicioſa, aut innocentius ſaltem quæ de ea perſcripſimus adhibero porro ſunt ad æquinoctium autumnale dies 3 & 90. Hæc Diocles per epiſtolam conſcriptam ad Regem magnum Antigonum de tuenda valetudine Hippocrates autem ille cousſubdit in libro de Aere, aquis, & locis. Maxime autem obſeruare oportet magnas temporũ mutationes, vt neq; medicinas in illis libentes exhibeamus, neque vramus, quæ circa ventrem neque ſecemus priusq̃ prætereant dies decem; aut plures, & non pauciores periculoſiſsima ſunt etiam ambo ſolſtitia maxime vero æſtiuum, periculoſum etiam æquinoctium vtrumque magis vero autumnale. Oportet autem & aſtrorum exortus conſiderare præcipue canis deinde arcturi, & pleyadum occaſum morbi enim his maxime diebus iudicantur aliquando perimunt. Alij verò deſinunt, aut in aliam ſpeciem aliumque ſtatum tranſmutantur circà hæc quidem ſicut dixi ſe habent.

Venus pernicioſa.

Diocles.

Hippocrat.

Die 14 Erit Quadratura Lunæ die Iouis eiuſdẽ diei Hora 17 Min. 54 In Ariete calido & ſicco, colerico dominatur capiti, orientali plagæ.

Die 22 Erit Cõiũctio Lunæ die Veneris eiuſdẽ diei Hora 15 Minuta 47 In Cancro frig. & hum. phleg. dñat pectori ſtom. pul. ſeptẽtrionali plagæ.

Die 30 Erit Quadratura Lunæ die Sabbati eiuſdẽ diei Hora 17 Min. 3 In Libra calida & humida, ſanguinea dñat vmbil. ſub. inf. ven occid. plagȩ.

Supputationes Lunæ menſis Iulij. M. D. LXXI.

Die 7 Erit Oppoſitio Lunȩ die Sabbati eiuſdẽ diei Hora 10 Minuta 52 In Capricorno frigido & ſicco melanch. dñat genibus, meridionali plagæ.

Die 13 Erit Quadratura Lunæ, die Veneris Noctis ſeq. Hora 5 M. 17 In Ariete calido & ſicco, colerico, dominatur capiti orientali plagæ.

Die 14 Sol ingreditur 1. Leonis gradum die Sabbati Hora 5 M. 0 N.S.

Sol in Leone.

Die 15 Canis minor oritur hic vel Canicula dicta, a Grȩcis prochyon quæ eſt in primo Leonis gradu Minuta 44 occidit in 29 gradu Minuta 3 Geminorum cælum mediat in gradu 17 Minuta 21 Cancri ſubdit Hippocrates

Ortus Caniculæ.

ni

& conſeruata, & retēta in Autumno propter frigiditatem eius generabuntur tertianæ, & cauſon, & fluxus ventris colericus, & mania, & morbi conſimiles. Si autem generatur materia in vere, & forma introducatur in Autumno, tunc generantur febres ſanguineæ, & apoſtemata ſanguinea, & cō ſimilia. Si autem generantur in hyeme & fuerit conſeruata vſque ad Autumnum tunc cauſabuntur apoſtemata, epilepſia, & ſimiles morbi generati de materia frigida & humida. Si autem ſuam naturam ſeruauerit generabuntur conſimiles morbi ſecundum naturam diſcraſiarum, ꝙ eſſet longum omnes narrare Sed ſtudioſo medico remittatur.

Medicatio erit talis ſumme caueat repletionem, & coitum, & exercitium immoderatum, & ſollicitudinem, & cibaria frigida & ſicca, & fructus potiſsime, & vti ſene, & caſsia fiſtula, & mūdificantibus balneo, & gaudio, & rob de pomis maturis & diambra & lętificantis almanſoris, & quia inter omnia ſubita mutatio aeris calidi & frigidi plus nocet, ideo non alienet veſtes vt rarefactum corpus ſubita frigiditas non ſubintret, & cum hoc non potare vinum nouum, quia malum germen in corpore introducit ſed vinum anni græci citrinum in colore mediocre in ſubſtantia & odoriferum, hoc enim ſi temperate ſumatur tiriaca erit tante nobilitatis ꝙ nihil malignū corpus poterit affligere. Subdit Hippocrates in libro de Aere, aquis, & locis, Maxime autem obſeruare oportet magnas temporum mutationes vt neque medicinas in illis libentes exhibeamus neque vramus quæ circa ventrem, neque ſecemus priuſꝗ prætereant dies decem, aut plures, & non pauciores, periculoſa ſunt etiam ambo ſolſtitia maxime vero æſtiuum periculoſum etiam æquinoctium vtrumque magis vero autumnale, & paulo inferius ſubdit, Morbi enim his maxime diebus iudicantur aliquando perimunt. Alij vero deſinunt, aut aliam ſpeciem aliumq; ſtatum tranſmutantur, & circa hæc quidem ſicut dixi ſe habent. Auicenna libro Primo Fen 2. doct 2. Sum. 1. cap. 9. de temporibus dicit prope medium. Ex aere vero cum mutatur proueniunt in corporibus accidentia, cum enim putreſcit, putrefacit humores, & incipit humorem putrefacere, quia cordi circūdatus eſt, quoniam ad ipſum propinquius accedit quam ad aliud. & ſi fortiter caleſit, iuncturas laxat, & humores reſoluit, & deicit virtutes, &c. Hippocrates ſubdit in libro Prænotionum. Quādo quidem vero homines moriuntur alij priuſꝗ medicum vocent præ violentia morbi. Alij vero accito etiam medico de repente vita decedunt quidam vbi vnam vixerunt diem, quidam tempore paulo diutiore anteaꝗ medicus per artē aduerſus ſingulos morbos repugnet itaque noſſe oportet talium affectionum naturas quantum corporū vires excedunt Paulus Aegineta in libro Primo Cap. quinquageſimotertio ſic dicit, at in Autūno qm̄ prorſus inęqualis inordinatuſq; eſt, & omnigenos morbos inuehit, magna victus habenda ſollicitudo eſt, frigus uitare, concubitu, & frigido potu abſtinere expedit, itē frigidus aurore aer, meridianuſq; ardor rectæ cauebitur, fugaces fructus ſtatim aſſumere noxium eſt, vt qui non copia tantum obſint, verū etiam vicioſos procreent humores, & inflationes. Etenim præſtātiſsimi inter ipſos nempe ficus, Vuæ enim flactus pariunt, corrumpūtq; cibos, niſi ante alios præſumantur. Ita vero neque inflant, neque corrumpunt. Vbi aer frigidior euadit, corpus pro frigoris ratione calefacere, omniaq; per agere

Cura. medicinalis.

Hippocr.

Hippocr.

Auicen.

Hippocra.

Paulus Aegineta.

oportet, ceu Hyeme aduẽtante. Nihil mali aũt fuerit poſt ęquinoctiũ vacua tione tẽtare, ne aliq́d ſuperfluũ in corpore retẽtũ Hyeme faceſſat negociũ.

Supputationes Lunæ menſis Septembris. M. D. LXXI.

Die 3 Erit Oppoſitio Lunæ, Die Lunæ Noctis ſequẽ. Hora 3 Minuta 24
In Piſcibus frigidis & humidis phleg. dñanẽ pedibus ſeptẽtrionali plagæ.
ialenus. Die 4 Sunt duodecim dies ante æquinoctiũ autumnale hic oriri Arcturũ teneto idem dies eſt occaſus Vergiliarum credimus Galeno pceptori nr̃o, vt in de morbis vulgaribus libro primo cõmentu primo aperte eſt videre.
Die 11 Erit Quadratura Lunæ die Martis eiuſdẽ diei Hora 13 M. 31
In Geminis cali & hum. ſang. dñanẽ humeris brachiis manib. occid. plagę.
Die 12 Oritur Arcturus in 28. gradu Virginis Occidit in 3. gradu Capri-
euerẽ. D. corni ſecundum Reuerendiſsimum Dñm Lucam Gauricum Epiſcopũ Gi-
ucas gauri us. phonenſem Magiſtrum meũ, & hoc cõtrariatur Galeno, vt ſupra dictũ eſt.
quinoctiũ utumnale. Die 14 Sol ingrediẽ primũ Libræ gradũ Die Veneris Hora 6 M. o. N. S.
Hic dicitur Aequinocium autumna'e hæc anni pars pituitæ copiam generat tenueſq; defluxiones donec Vergiliæ occidant, conuenit tunc igitur humores ex capite elicere atque acerrima, maximeq; ſuccoſa aſſumere vomitu non ſolicitari exerceri, atque concubitum vitare, numerantur ad Virgi
iocles. liarum occaſum dies 6. & 40. hæc Diocles, Hexiodus idem dicit. Tales 29.
exiodus. ales. die ab Aequinocio. Anaximander 28. Eudemon 48. Nos Romani dicimus
naximan-r. quod vna cum primo gradu libre occidunt Vergiliæ, Pleyades, Hyades a
udemon. nõnullis dictæ quaſi pluuiades, & ſequimur obſeruationem C. Iulij Ceſaris quam maxime Italiæ conuenientẽ quæ talis eſt quod vere occidunt in 15.
lippocrat. gradu Scorpionis, q̃ ſunt dies 29. Octobris Hyppocrates in de Aere, aquis, & locis ſubdit. Maximè autem obſeruare oportet magnas temporum mutationes, vt neque medicinas in illis libentes exibeamus neque vramus quæ circa ventrem neque ſecemus priuſquam prætereant dies decem aut plures, & non pauciores, Periculoſiſsima ſunt etiam ambo Solſtitia maxime uero æſtiuum, Periculoſum etiam Aequinocium utrunque, magis uero Autumnale, & paulo inferius ſubdit. Morbi enim his maximè diebus iudicantur aliquando perimunt, alij uero deſinunt, aut in aliam ſpeciem, aliumq; ſtatum tranſmutantur, & circa hæc quidem ſicut dixi ſe habent ſubdit au-
lippocrat. aeta. tem in tertio libro de Dieta ſic dicens. Cæterum ab Aequinocio ſic dietam inſtituere oportet, per Autumnum ad Hyemem adducendo: ita ut mutationes frigorum ac tẽporis uites, ueſtitu craſſo, Vtendũ aũt hoc tẽpore motũ in ueſte, deambulationes quoque faciendę ſunt, & calidis lauacris utendũ, & ſomni diurni detrahendi, cibis aũt vtendum eſt calidioribus, ac minus humidis, & puris, & nigrioribus potibus, verũ mollibus, & non aquoſis, olẽribus vero minus, reliquam item dietam omnem ſic conſonam adhibere oportet, vt ab æſtiuis detrahas, hibernis autem vtaris nõ ad ſummum, quo hibernũ victum quam proxime conſtituas in diebus duo de quinquaginta,
oã. baptiſta vſque ad pleiadum occaſum ab æquinotio.
Carellus. Die 16 Hic Arcturus oritur, qui eſt ſecũdus gradus libræ M. 50. occidit in 19. gradu M. 8. Sagittarij, cælum mediat in gradu o. M. 22. Scorpionis. Hoc pro certo tenebat D. Ioan. Baptiſta Carellus Placentinus, & hoc contrariatẽ Galeno, vt in cõmento libri primi de morbis vulgaribus.
Die 19 Erit Coniunctio Lunæ Die Mercurij eiuſd. diei Hora 14 M. 37
In Libra

pocrates libro quarto Aphoriſmorum aphor. 5. dicens. Sub cane, & ante canem difficiles ſunt medicationes, & in libro de Medicamentis purgantibus dicit ſic. Iuxta eandem rationem etiam tempore æſtatis a canis ortu per dies quinquaginta vitare oportet, & non dare medicamentum, ſed infuſis per cryſterem vti, idem enim periculum imminet.

Die 21 Erit Cõiũctio Lunæ die Sabbati Noctis ſeq. Hora 7 Minuta 10
In Leone calido & ſicco, colerico dñat dorſo lateribus, & orientali plagæ.
Die 29 Erit Quadratura Lunæ, die Dñico Noctis ſeq. Hora 3 Min. 23
